

Letter 246d: 4 October 1525, Strasbourg, Capito to the University of Freiburg

The manuscript of this letter is in AST 22-3.

5 Eximii domini ac praeceptores mei observandissimi. Superioribus diebus, sub nomine trium
sacerdotum atrocissimis convitiis et mendaciis sui dilaniatus. Cui indignitati sum medicatus levi
antidoto, a retaliationē, ut Christianum hominem decet, abstinens. Tantum exposui simplicissimam
veritatem causae nostrae, oblato iudicio aequis lectoribus. Vos quia praeceptores et veteres amicos
10 agnosco, volui ut expurgationem vestri discipuli et observatoris legeretis, qui nuper aspergines in
me perfidorum legistis, publicatas tanto insultu, non solum istic sed etiam in reliquis oppidis
huius regionis. Excellentiae vestrae huic nuncio faveant, ut pro foribus templi ac collegii
affigantur, quae obiter excusavi. Nam apud idoneum iudicem, non recuso super his causam
dicere, si quis me postulet. Valet in Christum nostrum, qui lucem cognitionis sui in vestris
10 cordibus exaugeat. Argen. IIII^{ta} die Octobris anno etc. XXV.
Guol. Capito vester.